

in personam ita transit ut accipiatur mittens non solum ubi accipitur missus sed etiam ubi accipitur qui a misso vel immediate vel mediate mittitur.

Quibus perspectis, ad nostram redeamus quaestionem, qualis nempe in Spiritu veritatis esse possit vel auditio vel acceptio. Et in primis dicendum est voces, audire, accipere, ita apud Ioannem adhiberi ut etiam in hominibus operationes significant proprie spirituales; et ideo ubi legitur Spiritum audire vel accipere, ibi minime insinuatur eum auribus audire vel manu accipere. Praeterea, duplex sane aspectus, realis nempe et personalis, in auditione et acceptione Spiritus est agnoscendus: audit⁶ enim quam docet^{bi} veritatem; et "de meo accipiet," ubi inter Catholicos non dubitatur eum de Patre et Filio accipere; nam "Omnia quaecumque habet Pater, mea sunt" (Io 16, 15).

At ulterius quaerendum est qualem audiat et accipiat veritatem. Alia enim est veritas speculativa, et alia practica. Illa auditur et accipitur addiscendo, et ita discipuli a magistro veritatem audiunt et accipiunt. Haec autem auditur et accipitur volendo, et ita vel ducis praeceptum vel amici mandatum vel diligentis invitatio auditur et accipitur. Et praeferenda videtur sententia quae in actu voluntatis auditionem et acceptionem Spiritus ponat. Nam ubi addiscitur ab alio, ~~ibi transitur de perfectibilitate in perfectionem; quod personae divinae non convenit praesupponuntur plura subiecta et, pro numero subiectorum, multiplicatur scientia~~ ibi praesupponuntur plura subiecta et aliud quidem in actu ut doceat aliud autem in potentia ut addiscat; quod in divinis haud praesupponi potest. E contra, si practica veritas auditur et accipitur ibi praesupponuntur complura subiecta, et aliud quidem in actu ut docere possit, aliud autem in potentia ut addisci et perfici possit; quod in divinis praesupponi haud potest. E contra, si a Spiritu

in personam ita transit ut mittens accipiatur ubi ~~non~~ accipitur sive qui ab ipso mittente sive qui a misso est missus.

Quibus perspectis, ut ad nostram redeamus quaestionem, de Spiritu veritatis audiente et accipiente sequentia fere dicenda videntur. Primo, nullatenus insinuat Spiritum vel auribus audire vel manu ~~et~~ accipere, cum apud Ioannem hae voces in sensu spirituali etiam de hominibus adhibeantur. Deinde, ille veritatem audit et accipit qui, uti diceret Ioannes, veritatem facit (Io 3, 21; 1 Io 1, 6). Et ideo cogitari debet Spiritus veritatis, non quasi discipulus esset qui speculativam veritatem addisceret, sed ut is qui ad actum deducat quod per veritatem auditam et acceptam significetur. Tertio, cum Spiritus sit Deus, simplex, incompositus, non supponere debemus eum prius esse et deinde audire, accipere, facere veritatem; sed ei idem est veritatem facere ac esse. Quarto, quod Spiritus ad actum deducit eo quod est, est ipsa SS. Trinitas, nam deficiente Spiritu, non tres in Deo essent personae. Quinto, praeter aspectum realem etiam aspectus interpersonalis agnosci debet in eo quod Spiritus veritatem audit et accipit: nam "de meo accipiet" (Io 16, 14.15), quod "meum" non solius est Filii sed etiam Patris, nam "Omnia quaecumque habet Pater, mea sunt" (Io 16, 15), et "mea omnia tua sunt, et tua mea sunt" (Io 17, 10).

Quod si quaeris quanam sit veritas, quam spiritualiter audit et accipit Spiritus veritatis, quam facere est esse ipsius Spiritus, qua facta habetur SS. Trinitas, haud convenientius responder¹ potest quam per illa Ioannis verba, "Deus caritas est" (1 Io 4, 8.16). Si enim Spiritus est hanc veritatem facere, tunc Spiritus est diligere; ~~et cum principium huius diligere est Pater et Filius~~

accipere. Cui conclusioni addenda est alia nuperrime adducta, ut concipiatur Spiritus veritatis, not non ut veritatem speculativam addiscens, sed ut ad actum deducens quod per veritatem significatur. ^{illud}

Sexto, cum in veritate audienda, accipienda, facienda non desit aspectus moralis, non caeco quodam impulsu vel spontaneo affectu sed propter propositam veritatem et ideo moraliter, honeste, sancte

ibi praesupponuntur complura subiecta, quorum aliud in actu scit ut docere possit, aliud autem in potentia est ut addisci et perfici possit; quod in divinis praesupponi haud potest. E contra, si a Spiritu volente et diligente auditur et accipitur veritas practica, maxima quaedam sequitur convenientia. Convenit enim Deo Patri ut ab aeterno Verbum verum de dilectione dicat, nam "Deus caritas est" (1 Io 4, 8.16). Convenit etiam Deo Filio, qui caro factus non solum dilectionis mandatum nobis dedit sed etiam ipse de dilectione divina Verbum Patris exsistebat. Convenit denique ipsi Spiritui veritatis, tum quia per eum caritas Dei diffusa est in cordibus nostris (Rom 5, 5; cf. Io 17, 26), tum quia ipse solet nos in omnem veritatem deducere (Io 16, 13 gr.) non quia ignota revelet sed quia per infusam caritatem nos disponit ad revelata attendenda, contemplanda, penetranda.

4. De Verbo aeterno.

Quae de processione Spiritus veritatis vel conclusimus vel convenienter explicata duximus, eadem plus quam innuuntur quale sit vel esse possit aeternum Verbi munus.

Si enim Spiritus veritatis veritatem audit et de Patre Filioque accipit, haud convenienter diceretur neque quemquam loqui qui audiatur neque quidquam proponi quod accipiatur. Quam ob causam, sicut spiritualem agnovimus auditionem quae non in auribus sed in voluntate fiat, spiritualem pariter locutionem agnoscere debemus quae sine guttore, voce, ore perficiatur; et si spiritualem agnovimus acceptionem quae sine manu per voluntatem occurrat, spirituale pariter verbum agnoscere debemus quod sine sonis existat interpersonale.

christianam exposuit ut totius rei intelligentiam in oppositis luce et tenebris, veritate et mendacio, dilectione et odio, vita et morte, resurrectione et iudicio poneret. Sed qui has binas res ~~opponit~~ opponit, qui priora ex una parte et ex altera parte posteriora consociat, qui totam doctrinam christianam tali schemate exponendam ducit, ille sane non tantummodo repetit quae ab aliis dicta audivit vel scripta perlegit, sed ipse huius schematis sensum ~~per~~ expertum et exploratum habuit. Neque hic sensus adeo est abstrusus et reconditus ut dici possit ~~ammonnannannannann~~ Ioanni ignotus, cum alius non sit hic sensus ~~nam~~ quam qui attingitur ubi ad usum rationis pervenit parvulus; neque difficilior est huius sensus penetratio atque exploratio quam quae fiat necesse est ubi ad sanctitatem ~~am~~ proceditur; ut scilicet quis in se ipso discernat quid lucis sit, quid tenebrarum, quid veritatis ~~et~~ et quid mendacii, quid dilectionis et quid odii, quid vitae et quid mortis.

6. De ~~hanc~~ nexu misteriorum.

Duplicem assignavit fontem c. Vaticanum I unde haurienda sit misteriorum intelligentia, alium nempe ex analogia eorum quae naturaliter cognoscuntur, ^{(DB 1796).} alium autem ex nexu misteriorum inter se et cum fine hominis ultimo [^] Quod si ultima quae de Verbo aeterno diximus analogiam trinitariam respiciunt prout radices in scriptis ioannaeis habet, priora de verbo evangelico et de Verbo incarnato dicta ad nexum misteriorum declarandum inserviunt.

Quae enim sunt emanationes intelligibiles ^{tum} secundum veritatem seu probitatem intellectualem ^{tum} et [^] secundum honestatem et sanctitatem, non solum analogiam praebent ad aeternas in divinis processiones concipiendas, sed etiam in praedicatione evangelio eoque audito, et in missionibus ^{ibus} ~~tam~~ Filii ^{et} ~~tam~~ Spiritus sancti [^] inveniuntur.

et Deus diabolo, ita verax mendaci, veritas mendacio, et verax pater veritatis mendaci patri mendacii. Cuius oppositionis ea est ratio quod verax propter perspectam evidentiam seu lucem dicit veritatem, sed mendax praeter vel contra perspectam evidentiam dicit mendacium ut ipse interioribus ^{se} tenebris involvat. Quando ergo cogitamus Deum Patrem qui verum Verbum loquitur, summam evidentiam lucemque infinitam cogitare ~~iam~~ debemus ex qua procedit ^{perspectae} veritatis affirmatio. Quae sane processio non caeca quadam necessitate fit, sicut in rebus materialibus, sed perlucida illa atque perspicua exigentia quae intra conscientiam ~~re~~ rationalem conducit veracem ad verum iudicium.

Quaeris tamen quamnam veritatem ^aperspicit Pater dicendam. Sed illud considera quod, nisi Pater ~~bum~~ Verbum diceret quod Spiritus audiret et acciperet, in Deo non esset personarum trinitas sed puri actus solitaria unitas. Non enim aliud est Verbum quam quod a Patre dicente procedit, neque aliud est Spiritus quam illa auditio acceptioque quae ex Patre Verbum dicente oriatur

Quaeris tamen quaenam sit veritas quae a Patre dicatur et Verbum est et a Spiritu veritatis ^aaccipitur, vel etiam quaeris, quod ad idem redit, quid summa evidentia a summa luce perspicatur. At responderet forte Ioannes: "Deus caritas est" (I 1 Io 4, 8.16). Quod enim summa evidentia a summa luce perspicitur non aliud est quam id ipsum quod Deus est. Praeterea, cum caritas sit interpersonalis, convenit ^Vverbo interpersonalii ut sit veritas interpersonalis. Praeterea, sicut evangelii verbum ad mandatum dilectionis reducit, ~~ix~~ sicut Verbum incarnatum est expressio dilectionis Patris, ita ipsum aeternum munus Verbi esset interpersonalis expressio verae et divinae caritatis.

affirmavit lucem esse in qua tenebrae non sunt ullae (1 Io 1, 5). Quaecumque ergo sunt vera et bona, in lucem reducuntur; quaecumque falsa et mala, in tenebris. Quod Matthaeus de uno homine (Mt 6, 22.23), illud de toto universo voluit Ioannes. Quid vero voluerint? At quid ipsi velimus cum "evidentiam" dicamus? Nonne mutato nomine ipsi eodem utimur symbolo cum probitatem intellectualem ~~hanc~~ intendamus? Qui enim vere technice procedit, non "evidentiam" dicit sed, uti opinor, "inconditionatum virtuale" definit et explicat (cf. Insight, cap. X).

Quia ergo summa lux se perspexit esse caritatem, hanc dixit veritatem, quam facit procedens dilectio.